Querelâ inofficioſi Teſtamenti locus eſt Succeſſorio Edicto.

Isque adeò rigidi dira inclementia Patris
(Si meruit tacitâ plenum dulcedine nomen)
reluctantis naturæ mollia temnit
que veſano gaudet dare fræna furori.

Si ſecretus amor, penitúſque innata medullis
movet pathicæ vehemens affectio mentis,
vertat durus pater in ſua viſcera vires
gerat ſecum plus quam civilia bella?
quibus hæc ardet furiis agitata libido
nis animis, fæcundi ſemina amoris,
fit his Natura Parens, juſſitque perennem
bet & ſacram dominari in pectore legem.

pulſu prolem Pater hoc, proléſque Parentem
git, hinc vultu placido riſúque loquaci
s adhuc infans conſpectâ matre triumphat,
ens prima ſequi teneræ dictamina mentis.
tamen miſeras fruſtrà proh fata! querelas
ix proles rapidis ludibria ventis
dit, nam fixa manet Sententia Patris
ma, & innocuos injuſto jure nepotes
mnis cumulant ægræ deliria mentis.
quid culpamus miſeros? furor ipſe furenti
veniam, quanquam neſcit vox miſſa reverti,
ndis ſaltem careat ſucceſſibus, & ſi
avit ſemel inſani dementia Patris
tamen eventus leges damnabit iniquas.

Solliciti quicquid natis optare Parentes,
poterat ſperare ſibi neglecta propago,
mortale Dei donum, lex Optima Sancit;
pibus immeritò ſpoliatis jure paterno
venit, atque ſalutrices juſtiſſima præbet
manus miſeris, iræ dans fræna Parentum
maneant natos, maneant bona fata nepotes.

Jus accreſcendi non tranſit ad Emptorem Hereditatis.

NUllus avaritiæ modus eſt, nummiſque redundat
Sacra fames augendi extructos ſemper acervos.
Sed quis ferre queat; cum cenſûs emptor iniquus
(Pernicies Juvenum) tentet quod & uſque relictum eſt
Addere congeſtis, infando crimine rebus,
Et penitus natos exheredare Paternis.

Nec tamen hic ceſſat, nondum ſatiata Cupido,
Quin queiſ unque bonis ſuccedet venditor olim
Ex defuncto fratre, aut deficiente ſorore
Callidus Idem homines, & fas eludere verbis,
Detrahet hæc ſpecie recti, pactóque priore
Arguit eſſe ſui juris; tamen obſtat avaris
Conſiliis, pulchræ potior Sententia Normæ,
Quam poſuere olim Majores, ménſque Paternis
Auſpiciis veneranda, & rebus docta Senectis.

O malè divitias partas multúmque peroſas,
Quas bona fecerunt aliorum, & ſæpé Pupilli
Non ita credita, res auxit, quas mille ſequuntur
Orborum luctus. Illi tibi fulmina quanta,
Quæ mala devoveant, ſtirpem, & genus omne futurum
Exercere odiis, & devexare parati!

Sed nihil hæc terrent animos, quibus improba inuſt
Vel fraus fallendi, vel prodigioſa libido,
Quærendi nummos coacervandique per annos,
Devinxit pronos dudum implicuitque catenis;
Donec opes compreſſæ ad centum millia ſurgant
Ut bilem excuterent Juveni poſt funera Patris,
Vel fierent fuſcæ munus dotale Puellæ,
Quæ nunc Scamba pedes ſoleis decurvat iniquis.

Nonne æquum eſt igitur ſi tales noſtra coercent,
Jura homines, doctos aliorum in publica damna
Nec quicquid melius tibi Juſtiniana recondit
Pagina, quàm quo accreſcendi importuna poteſtas
Tollitur emptori pactúmque reſcinditur omne.

Jul. 6. 1696. *In Veſp. Comit. Reſp.* Tho. Ayloffe, *pro gradu* LL. Doct. *Aul. Trin. Soc.*

Wing A 4269
Bodl